De inſtitutione heredum. Capitulum.LIIII.

t Eſtatores ſeu teſtamenti factores ſiue ſint patres ſiue matres debēt heredes ſuos ſiue ſint iam nati ſiue naſcituri. Et poſthumi ſiue mares ſiue femine. aut virgines aut nupte rite inſtituē vl' rite exheredare vl' rite ꝑterire: al's inutiliter teſtabūtur

De heredibus et hereditate. Capitulum.LV.

c Irca hanc materiā teſtatiōis plura ſcire oꝑtet.ſ. Quid ſit hereditas. Quot eius partes. Quid ſit heres. Que ſunt ſpecies ſiue differētie heredū. Quid ſit heredē inſtituere. Quid ſit exheredare. Quid ſit ꝑterire. Qui debēt inſtitui. ⁊ qui nō. Ad quid inſtituātur Quot modis inſtituātur ⁊ q̄modo. Quot modis exheredātur. Quid ſit ſubſtitutio. Que eius ſpēs ⁊ quomō fiāt oēs ſubſtitutiones. De primo hereditas. eſt ſucceſſio in omē ius quod habuit defunctꝰ tempore mortis. Due ſunt ſpecies .i. diuiſiones hereditatis Solēnis ⁊ Simplex. Solēnis diuiſio fit a Iure in xij. partes. Simplex diuiſio fit in q̄taſcunq; partes teſtator voluerit veluti ſi vnꝰ inſtituitur heres ille totam hereditatem poſſidebit. Et ſi plures inſtituuntur nominatim. iſti oēs equis partibꝰ hereditatē habebunt Si vero nominatim plures inſtituuntur heredes. tunc q̄libet partē ſibi teſtatā ꝯſequetur. Heres eſt vna eademq; pſona cum defuncto q̄ ad ingreſſum domini ⁊ hereditati defuncti. Quattuor āt ſunt ſpecies ſeu differētie heredum ſcilicet aſcēdētes deſcendētes collaterales et extranee. Aſcendētes ſunt Pater ⁊ Mater Auus Aua proauus proaua ⁊c̄. Deſcendentes ſunt filij filie. nepotes ⁊ neptes pronepotes ⁊ proneptes collaterales ſunt fr̄. ſoror. patruꝰ. auunculꝰ. amita. matertera ⁊ eorū deſcendentes. Extranei ſunt omnes pſone nr̄e poteſtati non ſubiecte. Heredē inſtituē ē aliquem poſt mortem ſuam ſibi ſucceſſorem facere ſiue idem ſit pñs ſiue abſens. Dicitur em̄ inſtituere aliquem in bonis ſuis dominum ſtatuē ⁊ facere. Et dico poſt mortē Quia viuo teſtatore. nullus eſt heres. Exheredare eſt aliquem de liberis ſuis nominatim ex cauſa a legibus approbata ab hereditate repellere ſic dicendo. N. filium meum exhereto quia inſidias morti mihi per venenum poculum ꝑparauit. Preterire eſt aliquē obmittere hoc ē neq; inſtituere neq; exheredare ſed pretereundo obliuiſci. Inſtitui debēt heredes neceſſario deſcendētes vel aſcendētes. Collaterales autem ⁊ alij extranei inſtituuntur ſm̄ teſtatoris voluntatē. Illi vero quibus teſtari non licet illi etiam non poſſunt inſtitui: vtputa heretici apoſtate et ceteri.

Hereditas quid.

Hereditatis due ſunt diuiſiones. Solēnis diuiſio. Simplex diuiſio.

Heres quid.

Heredum differentie. Quattuor ſūt Aſcendentes Deſcendētes Collaterales Extranei.

Heredem inſtitutere. Inſtituere aliquem

Exheredare.

Preterire.